

# **Das älteste Traditionsbuch des Klosters Mondsee,**

## **31**

Ego in dei nomine Angiltrut una cum consensu filii mei Gaganhardi pro dono ad monasterium, qui vocatur Maninseo, qui est constructus in pago Matahgauui in honore sancti Mihhaelis et sancti Petri principis apostolorum vel ceterorum sanctorum, ubi Oportunus abbas cum monachis suis preesse videtur, post hoc est villa in pago Quinzingauue secus Uilusam, qui vocatur Harioldesuuis Undoni fili, cum omne marca atque adiacenciis suis, casatis, servis vel liberis, mansis, mancipiis, campis, pratis, silvis, aquis aquarumve decursibus, vel quicquid ad ipsam villam pertinere videtur, totum et ad integrum, dono ut, quicquid iam dictus abbas Oportunus vel monachi sui de ipsa villa facere voluerint, liberam ac firmissimam in omnibus habeant potestatem faciendi. Si et et Actum agente Tassilone duci anno secundo. Testes